

reg. est o. a. f.

1142 Civitatis, pro quo non solum nunc, sed etiam ab antiquo multa milia militum bello contulerunt, Pragam dimisit. Henricum¹ vero Budisin² pro colligendo exercitu misit. Ipse autem ad regem Conradum cum comite Velizlas, qui ei a paternicia sua fidelis extiterat et ibi pro honore suo fideliter vite sue non parcens pugnaverat, quibusdam sibi adiunctis et cum Henrico, Moraviensi episcopo, magni consilii viro,⁴ maxime tunc necessario, pro petendo contra hostes auxilio viam arripit. Interim Conradus civitatem Pragam obsidione, prout plus potest, cingit et eam habere desiderans diversis bellicis machinis invadit. Princeps vero Tebaldus, qui pro sua civitate remanserat, cum viris fortissimis in eos diversos insidias faciens more Catonis pugnando pro patria plurimis hinc et inde ~~et morte cadentibus~~ eam ab hostibus, qui defensores eius esse debuerant, viriliter defendebat. Rex autem Conradus petitioni domini ducis Vladislai) satisfaciens ad eius expellendos hostes collectis regalibus plurimis exercitibus versus Pragam castra movet regalia. Hic rumor

Kott. suis extiterit P

Bohem?

tribusguffin P

1) Der zwanze Böhme Albrecht.

2) Bonifaz

3) zum folgenden sgl. Bouffard, Jb. Conrad III., T. 289 ff.

4) Dyl. Missale Romanum, Introitus terciae Missae in die Nativitatis Domini.